



928.
24

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
DELETIONE
CHIROGRAPHI CON-
DITIONALIS, 1703, 1.

juncta Analyfi
Leg. In L. Aquilia. 40. Pand. ad L. Aquiliam.

Quam
SUB AUSPICIO
DIVINI NUMINIS
AUTHORITATE ET DECRETO
Magnifici, Nobilissimi, Ampliſſimique

Jurisconsultorum
ordinis in alma hac *Argentoratensi* Universitate
PRÆSIDE

DN. ULRICO MARBACHIO,
U. J. D. Codicis & Feudalium Consuetudinum
P.P. & Ord. Facultatis Juridicæ Seniore.
Pro summis in Utroq[ue] Jure Honoribus & Privilegiis
rite consequendis

SOLENNI Examine ſubjicit
JOHANNES IGNATIUS KOPFFIUS
Seleſtadiensis Alfata.
Ad diem 10. Novembr. M. DCCIII.
Horis locoq[ue] ſolitis.

ARGENTORATI,
Imprimebat JOHANNES PASTORIUS.



228

DE RE PUBLICA
D E F F I O N E
C H R O N O L O G I C O N
D I O N A L I S

D E O
R E I P U B L I C A E,
P R O X I M O.

D. ERICO MARRACHIO
J. P. Coblenz & Landheim
Johannes Ignatius Koppelt
Solei d'Almeida
L. J. P. Coblenz
L. J. P. Coblenz
L. J. P. Coblenz
L. J. P. Coblenz





PRÆFATIO.



*Uod pene in alia nulla eve-
nit arte, cum etsi vilissima
sint, omnes tamen infinita,
hæc sola (JURIS) scientia
habeat finem mirabil. in
presenti tempore à Nobis*

sortita (a) Sunt verba Justiniani, quibus
Antecessoribus tria juris volumina, ab eo
composita, à sua perfectione commenda-
re, atque illis rationem & methodum ju-
ris docendi quasi obsignare voluit. Quæ
tamen de Jure Romano enucleato ipso
minime sunt accipienda. Nullum enim
jus civile semper firmum atque immuta-
bile permanet. (b) DEus enim propter hoc
Imperium imposuit hominibus, ut emer-
gentia & legis egentia lege definiat, & hu-
manæ naturæ incertum repleat, & certis
concludat legibus ac regulis. Ac conveniens

(a)
Constit. G.
mnen de R.
& M. I. D.
S. S.

(b)
S. pen. Inst.
del. N. G. &
C.

A 2

visum

p. 50

visum est constituere, si quid prater id, quod jam ordinatum est, emerferit, Eos, qui in Magistratu sunt, illud conari decidere, & remedium imponere, secundum eorum qua jam ordinata sunt imitationem

(c)
Conf. DE
dir. nobis de
C.D. ad M. S.
S. 18.
(d)
l. 10. § 11.
ff. de LL.

(c) Julianus Jurisconsultus antea idem docuit, (d) Neque leges, nec Senatusconsulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, sed sufficit, ea, quæ plerumque accidunt, contineri. Ideo, de his qua primo constituuntur aut interpretatione, aut constitutione optimi Principis statuendum. Cum igitur & Jurisconsultis jus interpretandi leges, Corpori Juris insertas, concessum, & ex illis, cætera, quæ tendunt ad eandem utilitatem interpretatione supplere (e), manifestum est, multa superesse juris argumenta, in quorum interpretatione Candidati eruditos se esse publicè ostendere valent. Exantlatis igitur in utroque Jure Examinibus Doctoralibus, pro Dissertationis Inauguralis themate, materiam de Deletionem Chirographi debiti conditionalis, cujus potissimam

(e)
l. 25. ff. de
LL.

tissimam.



tissimam sedem *in lege singularissima & difficillima.* 40. ff. ad L. Aquil. inveni, electam, pro ingenij modulo, temporis ratione & intentionis scopo, paucis positionibus solenniter proponere constitui.

DIVINUM NUMEN, quod studiis huc usque continuatis benedixit, Examini- bus adfuit, humillimis in voco precibus, velit quoque in ultimo, quod superest, Studio- rum Examine, mihi clementer adsistere, & impoſterum omnia mea consilia ita dirigere, quo vergant in sanctissimi sui Nominis gloriam, Reipublica salutem, proximi uti- litatem, Optimi Parentis gaudium, im- mortalisque anima mea tum temporalem tum aeternam felicitatem.

VERBA AUTEM TEXTUS HÆC SUNT.

DE Chirographo, vel testamento, vel instrumento deleto.

Lex 40. Paulus lib. 3. ad Edictum.

In lege Aquilia: si deletum chirographum mihi esse dicam, in quo sub conditione mihi pecunia debita fuerit, & interim testibus quoque id probare possim: qui [testes] possunt non esse eo tempore, quo conditio extitit: et si, summatim re exposita, ad suspensionem iudicem adducam: debeam vincere,

A 3

fed

sed tunc condemnationis exactio competit, cum debiti conditio extiterit : quod si defecerit, condemnatio nullas vires habebit.

Ita habet lectio hujus textus, in Editione Corporis juris, à Dionysio Gothofredo JCTO quondam celeberrimo correctæ, quam plerumque sequimur, quamvis aliæ editiones in quibusdam differant.

POSITIO I.

Not. in generalibus.



Nalyfi textus in rubro notati definitionem quandam ipsius argumenti præmittere placuit ; partim, quo in genere observem, quæ essentiam materiæ concernunt, partim, quo levi ac simplici via generalibus cognitis, post deinde diligentia & exactissima interpretatione singula legis hujus difficilis *Definitio, & membra tradere queam.* Est autem *Deletio Chirographi* *conditionalis, delictum privatum, quo per instrumenti debito conditionali privatim confecti corruptionem, dolo vel culpa factam, alterius patrimonium diminuitur, & summatim probato debito, delentem, conditione existente, ad exactiorem obligationem producens.* In hac definitione, secundum Logi-
corum regulas, noto *definitum & definitionem ipsam*, in hac *genus, & differentiam specificam*, quæ delumpta à *materia objectiva & forma.*

in ca.

POSITIO II.

Definitum. *Definitum est deletio chirographi conditionalis.* *Deletio* est nomen compositum, ex propositione *De*, & ut communiter philologi putant, à verbo antiquo *Leo*, quod videtur esse ex

in quo not.

Ver. Deletio.

ex

ex græco λειώ, significante leve ac glabrum reddo, quamvis Clarissimo Gerbaro Johanne Poffio, in tractatu de literarum permutatione videatur ab oleo factum esse, cum significatio conveniat, quia deleo erit ut aboleo. In deleo extrita vocalis, quomodo à de & emo est demo. Et proprie significat, scripturam, picturam, vel aliquid simile induco sive extero Vid. l. 12. C. de testam. l. 1. ff. de his que in testam del. l. 41. ff. ad l. aquil. l. 1. § 2. ff. de tabb. exhib. l. 30. ff. de furt. C. 7. A. ad Tit. de his que in Test. del. Per metaphoram quoque hoc verbo utuntur pro avertere, destruere l. 11. §. ult. ff. de aq. pluv. arc. alt. non nunquam pro tollere, removere seu obliterare, ut delere aliquid ex animo. Cic. pro Roscio cap. 2.

POSITIO III.

Vocabulum *Chirographum* græcum est, & compositum à nomine χερς & verbo γραφειν scribere. Dicitur alias *idochirum*, suis ἰδοχρον l. 11. C. qui potior. in pign. & in *inscript.* Nov. 49. cap. 2. §. 1. Item ἀντίγραφοι Nov. 49. cap. 2. in *fin. princ.* Item *sygrapha*. Cic. l. 7. *Epistol. ad famil.* 17. vel *syngraphus*. *Plaut. Asin. act.* 2. sc. 1. Accipitur vel *generaliter*, pro quacunque scriptura, à quocunque manu propria scripta & subscripta *fac. prin. inst. de emp. vendit.* l. 20. C. de *fid. instrum. vid. cap.* 1. § 2. *distinct.* 98. l. 30. ff. *qui testam. fac. poss. cap. 2. distinct.* 22. vel *specialiter*, atque iterum vel *proprie & usu juris*, qua acceptione, *strietè*, pro scriptura, quam quis propria manu, & in sui præjudicium emittrit, comprehendente & apocham & antapocham l. *fin. C. si. cert. per.* & quacunque confessionem l. 14. C. de *solut.* l. 52. ff. de *A. E. l. 9. §. 3. ff. de 7. Dot.* sic dicitur *chirographum securitatis.* l. 4. C. de *collar. fund. patrimon. lib. 11. junct. l. fin. C. si. cert. per. Strictius*, pro scriptura privata illa, qua quis confitetur, se ex certa causa, e. g. ex mutuo, emptione & venditione alteri quid debere. l. 5. §. 8. ff. *commod.* l. 57. ff. de *administ. tut.* l. 3. §. 1. ff. de *liber. leg.* l. 44. §. 5. ff. de *legat. l. l. 59. ff. de leg. 3. l. 17. C. si cert. per.* *Improprie* denique & quidem (1.) per *metonymiam subjecti*, nonnunquam sumitur pro *tabulis chirographi.* l. 26.

Chirographum.

§. 3.

§. 1. ff. de pign. l. 44. §. 5. l. 84. §. 7. ff. de leg. 2. l. 14. §. 22. C. de solut. (2) pro re sive ipso debito, seu potius pro obligatione & actione quæ chirographo designatur. d. l. 44. §. 5. ff. de leg. 1. §. l. 59. ff. de leg. 3. (3) *Metaphoricè*, Testamentum quoque nunquam chirographum dicitur. l. 41. ff. ad l. Aquil. vid. *Rebhan. in Hod. fur. chart. 3. clim. 3. §. 26. in end.* In l. 40. ff. ad l. Aquil. videtur *strictius* accipi, ita tamen, ut improprium acceptionem, ubi pro ipso debito sumitur, non plane excludat. Inde & in definitione *Chirographum conditionale* diximus.

POSITIO IV.

Conditio.

Conditio. Derivata videtur à verbo *condo*, & hoc est à *cum* & *do*, quasi simul in interiorum locum *do*, quia notat qualitatem, qua quid *condi*, id est fieri, aptum est. Cujus vocis *πλυσσημασία* notior est, quam ut exemplis eandem ostendere, cuiquam liceat esse curioso & industrius, aut quoque indagine sublimior & diffusior, quam ut de plano & obiter eandem assequi & demonstrare velle licet esse præsumptuosus. Accipitur autem *generaliter* & *latissime* pro quacunque qualitate, secundum quam quodlibet ita & ita conditum vel factum, hoc aut illo jure utitur, adjudicatur, & *per tria juris nostri objecta* se diffundit. In *personis* notat, (1) mortalitatem & fragilitatem. l. 27. ff. de condit. instit. & ibi *Gothof. lit. q. l. 38. §. 2. ff. de aur. arg. leg.* (2) rationem sexus. l. 9. ff. de stat. hom. (3) Statum libertatis vel servitutis. §. ult. Inst. de f. P. l. 5. ff. de stat. hom. junct. Rubr. ff. d. tit. l. 22. C. de agric. & censit. (4) Statum civitatis, sive Reipublicæ, sic dicitur *conditio Imperij confirmata est conditio*. Quo pertinet *conditio magistratus, consularis, aliorumque munerum tam publicorum* l. 6. ff. de sep. viol. quam *lex singulorum civium privatorum*, l. ult. ff. de jur. immun. l. 68. ff. R. f. (5) Statum familiae. l. 32. §. 2. l. 34. ff. de acq. hered. l. 12. de jur. patron. l. 20. §. 2. ff. de bonor. poss. contr. tabul. In *rebus*, in specie sic dictis, significat naturam & qualitatem, quam vel ipso jure, vel ex partium conventionem habent. Ita dicitur *conditio maris & vix*. l. 31. §. 1. ff. de loc. & *sim.*

in. publ. fundi & agri. l. 23. §. 1. ff. de aqu. & aq. pluv. arc. succellorum. l. 20. §. 1. ff. de H.P. Obligationis. l. 75. §. 2. ff. de leg. 1. legati. l. 81. §. 4. in fin. ff. de legat. 1. junct. l. 91. §. 2. ff. eod. donationis. l. 3. C. de cond. ob caus. &c. In actionibus prædicatur generaliter de litigantibus. l. 68. ubi Jacob Gothof. l. 86. & seq. ff. de R. 7. l. 15. §. 7. ff. quod vi aut clam. possessore. l. 1. §. 1. ff. ad Sc. Salvian. Specialiter denotat improprie, eam, quæ secundum quid talis est, vi ac potestate conditionis veræ destituta vid. l. 2. 69. ff. de hered. instit. l. 10. §. 1. ff. de cond. & dem. qualis est (1) conditio juris. e. g. si quis promiserit vel legaverit fructus futuros certi alicujus fundi. l. 1. in fin. l. 99. l. 107. ff. de condit. & demonstr. §. 7. Inst. de legat. (2) conditio impossibilis negativè concepta. l. 7. ff. de V. O. §. 10. Inst. de inut. stipulat. item (3) resolutoria, uti patet in pactis legis commissoriæ & in diem additione, item, (4) quæ ad præsens vel præteritum referuntur, quia re ipsa res certa est. §. 6. Inst. de V. O. l. 16. ff. de injust. rupt. & irrit. testam. l. 120. ff. de V. O. Metonymice dicitur jusjurandum à parte delatum. l. 3. ff. de jurej. l. 20. §. 1. ff. de constit. pecun. Item conventio de matrimonio contrahendo. l. ult. ff. de Spons. l. 19 & 36. ff. R. N. Nonnunquam confunditur cum modo seu causa propter analogiam & affinitatem. fac. l. 8. §. 7. ff. de condit. instit. l. 7. C. de pact. l. 5. C. de rer. permutat. Proprie, quæ confertur in casum futurum incertum, hoc est, qui se habere potest ad esse & non esse. l. 39. ff. de rebus credit. l. 21. ff. de condit. & demonstr. §. 4. Inst. de V. O. add. C. 7. A. ad Tit. de cond. institut. §. 2. Rebban. in Hodeg. Jur. chart. 3. clim. 3. §. 7. in eod. ubi pluribus de hoc argum. egit. In ult. significatu hic accipitur. Et debitum conditionale ita describo, quod sit res incorporalis, adjectione quadam suspensa, quæ si existit, retro purum, deficiens vero nullum fuisse declarat. Vid. Franck. in comm. ad l. 29. ff. de liber. & posth. 2. membr. 2. sect. 4. n. II.

POSITIO V.

In definitione supra data genus posui delictum privatum. Definitio. Est enim delictio, factum improbum & inonestum, quo alteri qua constat. damnum illatum, quod impunitum non esse, Republica interest. ex genere.

B

Vid.

56p

Vid. l. 4. l. 25. §. 1. l. 52. §. 8. de O & A. junct. l. 42. ff. de V. S. l. 51. §. fin. ad L. Aquil. l. 18. §. 1. ff. de judic. Et cum constet, damnum injuria datum non legibus publicorum judiciorum; sed vindicta privata vindicari. l. 3. §. ult. ff. de prævaric. circa singulorum res tantum versare easque contingere, obligationem & actionem propriè dictam parere, quæque illi tantum cui nocitum competit, rectè privatum esse, definitum. Quamvis dubitandum non sit, si quis in rationibus, tabulis aliave re, ut verum non appareat, quid deleverit, ex lege publicorum judiciorum Cornelia de Falsis, reus fieri possit. arg. l. 23. §. 26. ff. ad L. Cornel. de Falsis. Gregor. Bicc. in Coll. Jurid. Enucleat. ad Tit. de L. Corn. de Falsis. §. 2. n. ix. Illud tamen omnino notandum, quod uti factum illud improbum, duabus constet partibus, una, quæ est ablatio aut corruptio rei alienæ, quod propriè damnum dicitur, altera, quæ est injuria, culpa aut dolus, ex qua delictum verum vel quasi formaliter constat; ita obligationem ex isthoc facto ortam ex duabus itidem partibus constare, respectu rei corruptæ, ad damni reparationem, quo intuitu à compositoribus juris hoc argumentum in secunda parte Digestorum tractatur, & respectu injuriæ ad correctionem personæ & emendationem personalem, & hoc considerandi modo, tam Justinianus, in libro quarto, Institutionum veris delictis annumeravit, quam Ulpianus in l. 25. §. 1. ff. de O. & A. actionem ortam ex facto esse docuit.

POSITIO VI.

Et differen-
tia specifica
descripta ab
objecto,

Differentia specifica prius membrum objectum deletionis ostendit, nempe, quod sit instrumentum super debito conditionali confectum. Est autem instrumentum, scriptura de re gesta facta, ut ejus fidem ac probationem præstet. l. 5. C. de transact. l. 4. ff. de fid. instrum. l. 5. C. eod. Et est vel privatum vel publicum. Privatum describitur, quod privata auctoritate sit à privata persona, cujus plures species à Dd. recensentur, quarum principalis Chirographum esse videtur, quod confici potest in mutuo. princ. Inst. de liter. oblig. l. 57. ff. de adm. tut. l. 17. C. si cert. petat. l. un. C. etiam ob chirograph. pecun.

pecun. emptione & venditione. §. 1. *Inst. de empt. vendit. l. 17. C. de fid. instrum. permutacione d. l. 17. C. eod. locatione. l. 33. §. l. 26. C. locat. pignore. l. 11. C. qui prior. in pign. dote l. 1. C. de dot. caut. non numer. l. 65. ff. de judic. l. 3. C. de collat. Ita locum quoq; habet in solutione sive à creditore sive à debitore datum. vid. l. ult. C. si cert. pet. l. 18. C. de test. l. 14. C. de non numer. pec. l. 19. C. de fide instrum. Et cum l. 40. ff. ad L. Aquil. chirographi tantum faciat mentionem additum in definitione privatum. Quoniam vero in instrumento publico deleto eadem militat ratio, idem quoque jus videtur obtinere. arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 27. §. 2. ff. ad L. Jul. de adulter. l. 9. §. 2. ff. de edendo. Inde videtur posse defendi inscriptio d. l. 40. ad L. Aquil. De Chirographo, vel testamento vel instrumento deleto.*

POSITIO VII.

Posterius membrum differentie specificæ formam hujus delicti exhibet. Consistit autem ea, primo, in corruptione dolo vel culpa facta, qua alterius patrimonium diminutum. Dicitur corruptione. Ruptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum est. Unde non solum fracta, aut ulla, sed etiam scissa & collisa & effusa, & quoquo modo perempta atque deteriora facta, hoc verbo continentur. §. 13. *Inst. ad L. Aquil. l. 27. §. 14. 15. §. 16. ff. eod. l. 27. §. ult. ff. de furt.* Non quæcunque, sed quæ dolo aut culpa facta, in L. Aquilia injuriæ nomine venit. *princ. Inst. ad L. Aquil. l. 27. §. 5. ff. eod. dolo quidem præcipuè §. 3. §. 4. Inst. de L. Aquil. l. 30. §. 3. ff. eod.* quo solo respectu inter vera delicta hoc relatum; nam reliquis omnis tractatus L. Aquilia ne discerneretur, studii causa fuit additus *confer. l. 8. in fin. l. 44. ff. Eod. Tabo in partit. Elem. 4. sect. 1. in ead. §. in Racemat. crimin. ad l. 47. ff. th. 3.* non culpa exclusâ, sive ea fuerit lata, sive levis arg. §. 3. §. 13. *Inst. eod.* Vid. tamen l. 54. §. 2. ff. de A.R.D. sub qua continetur, non tantum impericia arg. l. 7. §. 2. §. ult. l. 8. §. 1. ff. §. 7. *Inst. eod.* sed etiam negligentia. d. l. 30. §. 3. l. 14. in fin. ff. de off. pras. modo non fuerit omissionis. l. 13. §. 1. ff. de usu fr.

Et à forma qua consistit, i. in corruptione.

B 2

Ex

Ex levissima vero culpa tunc demum datur actio, si quis secundum naturam objecti vel contractus ad illam obligatus est. *arg. l. 44. ff. ad l. aquil. Non. obst. l. 5. §. fin. l. 45. pr. ff. locat. post Ludov. Molin. de Just. & Jur. Tract. 2. disp. 697. num. 8. Struv. in Synt. Jur. Civ. Exerc. 14. th. 20.* Nec casus fortuitus hic nocet. *arg. l. 6. C. de pignorat. act. add. Gregor. Bicc. in Coll. Jur. Argent. Enucl. ad Tit. de L. aquil. §. 2.* Quod tamen ita procedit, si (secundo) patrimonium creditoris fuerit diminutum. Uti enim, si quis credat, se invito domino rem comodatam sibi, contractare, domino autem volente id fiat, furtum non fit, & furti actio demum alicui competit, si illius interest, rem salvam fore. §. 8. & 13. *Inst. de furt. l. 71. §. 1. l. 76. §. 1. ff. eod.* Ita tunc demum hoc delictum committitur, quando revera patrimonium damnum fuerit illatum. Ex quo principio fluit, quod conditione deficiente exactio denegetur in *l. 40. ff. ad L. aquil.* & quod pro testamento deleto testatori legis aquiliae actio non competat *l. 41. ff. eod.* Probatio igitur damni dati ad actorem pertinet, & tam per testes fieri potest, quam per iusjurandum. *l. 30. princ. ff. de jur. qua facta in simplum tantum condemnatio sequitur arg. l. 26. junct. l. 2. §. 1. ff. eod. §. 19. 27. 26. Inst. de action.*

2. damno
dato.

POSITIO VIII.

3. In probat.
debiti.

Tertio ad formam requiritur, quod actor debitum probare debeat. Hoc enim principale est, quod si enim delectionem tantum posset probare, sine dubio non ageretur L. aquilia, quia non sequitur, si ita probat deletum, & ita prius scriptum, quod ita fuerit debitum, quia quasi exemplum est in *l. 2. ff. de fid. instrum. & auth. si quis in aliquo instrumento C. de edend. Vid. Gloss. ad nost. leg. verbo quoque.* Et tamen apparet, casum singularem esse, quod hic eventualiter probet is, qui nec debitum, nec actionem habet. sed habere tantum sperat. *Vid. Brunnem. in Comment. ad d. l. 40. ff. ad L. aquil. num. 3 & 4.* Preterea, semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit. *l. 21. in fin. l. 18. §. fin. h. t.* Et hæc probatio regulariter fieri debet, conditione existente, quia ante conditionis existen-

existentiam jus actoris non est plenè fundatum, nondum enim cecit dies. §. 4. *Inst. de V. O. l. 19. ff. de R. Credit. l. 213. ff. de V. S. inde nec creditorem actionem instituere posse videtur, l. non quemadmodum 35. ff. de judic. litè autem contestata demum testes sunt recipiendi. cap. 1. & seq. x. cap. accedens. 4. & 5. x. ut lite non contest. Quod si tamen tempore damni dari creditor summatim re exposita, ad suspicionem judicem adducere potest, se interim testibus pecuniam sub conditione debitam probare posse: qui testes possunt non esse, eo tempore, quo conditio extitit, ad probationem admittendus, & probatione facta, vincere debet. d. l. 40. ff. ad L. aquil. auth. sed si quis. C. de testib. d. cap. 5. x. ut lite non contest. ubi rationem Pontifex addit; Ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur. cap. 4. x. de confirm. util. & inutil. Casus autem duo referuntur. (1.) Si de morte testium sit metus, quia infirmi vel senes, vel ad bellum ituri. l. 3. §. duas. ff. de Carbon. Edict. (2.) Si formidet actor, ne illi diutius abfuturi sint. Plures tamen rationabiles causas dari dubitandum non est. arg. d. cap. 4. fere in med. x. de confirm. util. C. 7. A. ad Tit. de Test. th. 10. Utrum autem ex nostra lege sufficienter probari possit productio testium ad perpetuam rei memoriam, quæ ex jure hodierno, tam actori, quam reo permittitur, anceps videretur esse quaestio? Affirmat eandem post Bald. in auth. sed si quis. C. de test. Bartol. ad hanc leg. 40. ff. ad L. aquil. Petrus Ravennas sing. 25. Mornac. in observat. ad eundem textum, hunc quotidianum esse ad examina in futurum notar. Brunnem. in Comment. num. 5 & 6. Quorum tamen Doctorum sententiam in textu hoc non omnino probari manifestum est, cum rationem tantum inadæquatam ostendat. Vid. Gail. lib. 2. obs. 92. num. 9. Quidquid autem sit, notanda est distinctio examinis in futurum, & ejus quod fit ad futuram rei memoriam ex cap. significavit. 41. & cap. Albericus. 43. x. de test. Quod hoc fieri non soleat, nisi in casu incendiï, quo exusta sunt instrumenta plurima, vel ex causa belli, quo eadem clades contigit, de quibus vid. Mornac. loc. supr. Vel simili quadam. alleg.*

POSITIO IX.

4. In Ex-
istent. con-
dit.

Neque probatio debiti sufficit, sed quo creditoris jus ple-
nè fundetur, (*Quarto*) *existentia conditionis* desideratur. Nam,
si sub conditione obligatio est, ante conditionem nemo potest
agere, *l. 9. pr. ff. de reb. credit.* Cum vero nostra lex simpliciter
chirographi, in quo sub conditione pecunia debita fuerit, faci-
at mentionem, nulla videtur facienda differentia, utrum de-
bitum sit *ex ultima voluntate*, an vero *ex contractu* quodam
inter vivos. Proinde *eo casu* conditio existit, si *casualis* fuerit,
sive una, sive plures, cum contigit casus ille, qui conditione
comprehensus est. *arg. §. 13. Inst. de hered. instit. l. 26. ff. eod. Add.*
l. 81. princ. ff. de leg. 1. Quod si vero *potestativa* vel *mixta*, quia
in dando aut faciendo consistit, plerumque implenda ab eo,
cui iniuncta est, & quidem regulariter in forma præscripta,
l. 44. & l. 55. ff. de condit. & demonstrat. quod si vero id fieri
non possit eatenus impletur, quatenus impleri potest, & sen-
sisse testator videbitur. ut patet ex *l. fideicommissi. 11. §. si cui. ff.*
de leg. 3. l. mulier. 20. §. 1. l. 55. 101. §. 2. ff. de condit. & demonstr.
Si ex *contractu conditionali* inter vivos pecunia debita fuerit,
e. g. si stipulatione sub conditione facta chirographum datum
fuerit; idem obtinet in mutuo, omnia enim quæ inseri stipu-
lationibus possunt, eadem possunt etiam numerationi pecu-
niæ, & ideo & conditiones. *l. 2. ff. de reb. credit.* imò id omnibus
contractibus commune. *l. 44. princ. §. 2. ff. de O & A.* Pro-
inde conditio casualis existit, eventu illo contingente, sub quo
creditori debitor se obligare voluit. *§. 4. Inst. de V. O. l. 8. ff. de*
reb. cred. l. 11. §. 1. ff. qui potior. in pign. l. 37. ff. de contr. empt. Et si
plures copulative conditiones adjectæ sunt, omnium debet ex-
istere eventus. *l. 129. ff. de V. O. l. 13. ff. jud. solu.* quod si vero dis-
junctivè, unam existere sufficit. *l. 63. ff. eod.* Quod si conditio
creditore vita functo existerit, hæres ejus petere potest, *l. 57. ff.*
eod. l. 35. ff. de judic. nisi aliud conventum & actum liqueat. *l. 122.*
§. 4. ff. eod. *Potestativa* conditio existit, vel si eam facientis
persona, quam solam spectat, impleverit *vid. l. 46. §. 1. ff. de V.*
O. l. un. §. 9. C. de caduc. toll. vel si illam, emoriente antea cre-
ditore

ditore vel debitore, quia opus tantum proditurum consideratur, præfiterit. *l. ult. C. d. t. §. 24. Inst. de inuil. stipul.* Mixta conditio fit perfecta, si sub eadem distinctione, & eventu existente perficitur. Si negative adjecta conditio, si Capitolium non ascenderit, dare spondes, morte demum promissoris impletur. §. 4. *Inst. de V. O. l. 115. ff. eod.* Quod si obligatio sub conditione & in diem simul sit concepta veluti, si calendis Sticum dederis, decem dare spondes. *l. 8. ff. de V. O. lapsus quoq; temporis requiritur. arg. l. 22. princ. ff. quand. dies legat. cedat.* Vid. tamen. *l. 10. ff. de V. O.* Habetur etiam conditio pro impleta, cum per eum ad quem spectaret, steterit, quo minus impleatur. *l. 7. ff. de cont. empt. l. 124. ff. de condit. & demonstr.*

POSITIO X.

Forma ita hujus delicti perfectè existens obligationem *Qua perfectam soluit.* ad restituendum damnum creditori illatum involuit. Quæ obligatio descendit, non tantum ex *jure naturali verum etiam civili.* Præceptum enim absolutum illius est, ne quis alterum lædat, atq; si quod damnum alteri dederit, id reparet. *Vid. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 17. §. 1. Et.* & apud Theologos restitutionis nomen generalius accipitur, ut etiam comprehendat omnem illati damni compensationem, docet *Leonhard. Lessius de Justit. & Jur. lib. 2. cap. 7. dubit. 4. num. 15. Et 16. Et cap. 12. dubit. 19. Add. Pufendorff. de Jur. Nat. & Gent. lib. 2. cap. 1. num. 1. 2. 5. 4. Et Florent. de Cock de Justit. & Jur. cap. 3. sect. 2. vers. porro fundamentum.* Ex quibus principiis deducit *Magnif. DN. D. Schilrer Exercit. ad Pand. XIX. §. 40.* officium legislatoris esse, ut æqualitatem etiam circa hanc damni speciem introducat, & restitutionem ejus fanciat, prodito juris remedio, atque culpæ effectum proprium esse, præter obligationem ad refarciendum id, quod factò illo culposo alteri abest, etiam ad patiendam pœnam seu emendationem, qua deinceps debitam diligentiam adhibere excitetur is qui læsit. Facit huc, quod omni Reipublica intersit, ne delicta maneant impunita. *l. 51. §. 2. vers. quod si quis. ff. ad L. Aquil. l. 14. C. de pœn.* Hippodamus etiam Melesius, ut *Aristorelis lib. 2. cap. 17. Politic.* refert, statuit, species legum circa delicta esse tantum tres: de quibus enim lites exoriuntur,

tur, tria esse: ὄβρις, βλάβη, δόλος, injurium seu contumeliam, damnum, eadem. *Jure Romano* plures leges tam in duodecim tabulis, quam aliis temporibus de damno injuria dato latae fuerant, quibus omnibus lex Aquilia derogavit, ad cuius caput tertium procul dubio casus noster pertinet, si non ex verbis, saltem ex interpretatione, ac proinde utilem tantum actionem dari voluit. *Brunn. in Comm. ad pandect. in nostr. leg.* Et cum dispositio legis nostrae restitutionem damni dati tantum intendat, videtur eam adhuc moribus nostris obtinere. *Vid. Simon à Grænwegen in Tractat. de LL. abrogat. ad §. 9. §. 15. Inst. ad L. Aquil. Et Mornacius in Comm. ad l. 27. §. 3. ff. ad L. Aquil.* observat, in Gallia, quatenus cujusque ex eo interest, arbitrari judices pro re nata, inspectoq; rei pretio, tunc cum damnum datum est, non quanti ea res fuit in diebus triginta proximis.

POSITIO XI.

Effectus or-
111.

Actio, quæ ex prædicta obligatione, tam naturali quam civili, oritur, est, *jus persequendi in judicio*, quod sibi ex chirographo debiti conditionalis, ea quocunque legitimo modo existente, debetur. Hæc actio est *personalis*, actor enim agit cum eo, qui ei obligatus est ex maleficio deletionis chirographi ad dandam pecuniam. §. 1. *Inst. de action. §. l. 25. ff. eod.* *Civilis*, oritur enim ex legitima & civili, tam jure naturali, quam gentium & civili approbata causa. de qua in *Posit. præc. §. 3. Inst. de A. §. d. l. 25. §. ult. ff. eod. junct. l. 27. §. 2. ff. ad L. Aquil. Rei persecutoria*, quamvis enim ex maleficio prodita sit, attamen rei tantum persequendæ causa datur. *arg. l. 40. ff. ad L. Aquil. junct. §. 19. Inst. de act.* Regulariter est in *simplum*, adversus confidentem damnum datum; adversus negantem vero in *duplum* si corruptisse ab actore probetur. *l. 32. §. 10. ff. §. l. 4. C. eod. junct. §. 23. Inst. de action.* Crescit autem hæc actio ex infitiatione vera eorum, propter calumniam, qui datis damnis ad impudentissima mendacia confugere solent; Inde actor alternative, modo subalternatim *simplum* aut *duplum* perere potest, exemplo ejus quod notatur in *l. conductores 34. C. locat. cond.* Est *stricti juris*, quia ex delicto nascitur, ac creditor non amplius à debitore

bitore persequi potest quam sit debiti summa. *l. 23. ff. de pignor. act.* Nisi pecunia ex contractu quodam bonæ fidei debeatur, ubi iudex secundum bonam fidem, quæ in contractibus bonæ fidei observari solet, providere debet. *l. 7. C. si quis alteri vel sibi.* Ceterum officium iudicis in hac actione contra confitentem erit, non rei iudicandæ, sed æstimandæ, inde si adversarius magni litrem æstimaverit ex sua affectione, certe iudex communem æstimationem sequetur. *l. proinde 32. §. ult. §. l. seq. ff. ad l. aquil.* Tenorem igitur chirographi præcise sequi tenetur. Datur *in solidum*, cum nec personarum exceptarum neque privilegiorum competentie ullam faciat mentionem. Est *perpetua*, quia datur ex plebiscito à Aquilio Tribuno plebis rogato & postea lato. Datur *illi cui datum est damnnum, ejusq. heredibus.* §. *1. Inst. de perpet. & tempor. action.* pertinet enim ad rem familiarem, & interesse pecuniarium persequitur. *arg. l. pen. §. fin. ne quis eum qui in jus voc. & hæres omnis pecuniæ defuncti successor est. l. 11. ff. de divers. & temp. præscript. l. 24. ff. de V. S.* adversus *delementem* competit, quod si plures instrumentum corruperint, nec constat, cujus facto contigerit, æquitate suadente, videtur contra singulos non in solidum dari actionem. *arg. l. 41. ff. ad L. Aquil. junct. §. ult. Inst. de furt. modo omnes solvendo sint. arg. §. 4. Inst. de fidei.* quo tamen casu, uno tantum solvente, cellio actionis ei non videtur deneganda. Quæ omnia ex moribus hodiernis, secundum quos ad meram damni reparationem, qua pœna culpæ non comprehenditur, agitur, magis obtinent, per ea quæ docuit *Magnif. DN. D. Schilter Disput. ad Pand. XIX. §. 70. & 71.* Adversus *hæredes* competit, quoniam ad refarciendum id quod facto culposo abest, tantum datur, non ad patiendam pœnam seu emendationem *arg. §. 19. Inst. de action. l. 23. §. 8. ff. eod.* & hæc obligatio rem ac bona, ex quibus reparatio est facienda, respicit, quæ omnino ad hæredes transit, per ea, quæ post *Puffendorff. de J. N. G.* observavit prælaudatus *DN. D. Schilter. loc. all. §. 74.*

POSITIO XII.

Generalibus hisce præmissis, facilius erit textus argumenti

C

Sequuntur
iam,
Specialia.
In his
hujus. i. Præmitto.

dep

hujus Analyfis. Inter delicta quæ jure Romano privata dicuntur, unum est *damnum injuria datum*, de quo in Institutionibus agitur *lib. IV. Tit. III.* in Codice *lib. III. tit. XXV.* In Decretis *lib. V. tit. XVI.* & in sexto Decretalium *lib. V. tit. VIII.* Dicitur autem *damnum injuria dari*, quando per rei corruptionem, dolo vel culpa alterius, patrimonium meum diminuitur. Hanc diminutionem patrimonij à dante *damnum refarciendam esse*, *juris naturalis est*, unde & apud *plurimas Gentes* id ipsum receptum, adeoque hæcenus *juris Gentium* dici potest, *damnum culpa datum restitui*; Sed & illud *juris naturali* convenit pariter ac *gentium*, ut præter reparationem damni poenam quoq; patiatur is qui *damnum dedit*, idq; ipsum apud Romanos *lege aquilia* cautum, & dispositum erat, ad quam proinde Titulus specialis in Pandectis conscriptus reperitur. Hujus porro damni plures sunt species. Singularis est quæ habetur in *l. 40. ff. h. r.* Ubi de Chirographo, quo tertius se mihi ad debitum obligavit, deleto agitur.

POSITIO XIII.

2. Nota externa.

In ipsa resolutione notanda sunt, tum *externa* tum *interna*. *Externa inscriptionem* tantum continent. *Paulus lib. 3. ad Edictum*. Hic Jurisconsultus prænomine appellatur *Julius* in *l. 83. ff. de cond. & dem.* Vixit Alexandri temporibus, illiusque Præfectus & Cancellarius, Papinianiq; cum Ulpiano in Præfectura assessor fuit. *Lampridio in Alexandro autore*, cujus opinio non solum collegæ sui sententiæ prævaluit in *l. qui heredi. 44. §. 2. ff. de cond. & demonstr.* quem cum reprehendit, nomen illius, ut plurimum, supprimit, ut ex *l. lecta. 40. ff. de reb. credit. l. 2. §. ult. ff. de bon. libert. & l. 2. §. 3. ff. pro emptor.* Sed sæpe sententiam rogantis ipsius Papiniani, qui judicio præerat, quemadmodum ex *d. l. lecta 40. ff. de reb. cred. videre licet*, junct. *l. rogasti. n. §. 1. ff. eod.* in qua cum Paulo Ulpianus consentit, & in *l. si creditorem. 5. ff. de separat. junct. l. debitor. 3. ff. eod.* in qua Papiniani sententia refertur. Fuit autem Patavinus, illiusq; imago Patavij in foribus Pallatij cum hac inscriptione adhuc hodie cernitur: *Paulus Patavinus, Jurisconsultor. clar. hujus civitatis decus*

decus aeternum, *Alexandri Mammea* temporibus floruit, ad *Præturam, Præfecturam, Consularumq;* erectus, cujusq; sapientiam tanti fecit *Justinianus Imperator*, ut nulla juriscivilis parvicula hujus legibus non decoretur, qui splendore fama immortalitatis, oculis posteritatis admirand. insigni imagine hoc merito decoratur. Paulum autem celeberrimum Jurisconsultum fuisse inde satis probatur, non tantum, quod ante Imperatoris Justiniani novam methodum, post tertium studij legitimi annum jurisprudentiæ Romanæ studiosi, Pauliana responsa per se recitabant; verum eundem Justinianus prudentissimum nominavit. Vid. *Constitution. ad Antec, de ration. trad. jur. §. 1. & 5. ut & Gordianus in l. 6. C. de nupt. & Dioclet. & Maxim. in l. filis. II. C. ad L. Cornel. de falsi.* Et uti Paulus plures in jure nostro libros conscripsit, de quibus in Indice Jurisconsultorum videre licet, ita Compositores juris Justiniani ex illius scriptis Pandectas composuerunt. Vid. *Eberlin. de Orig. Jur. cap. 52. num. 21 & seqq.* Inveniuntur enim in libri primi *Titulis IX. leges 32.* Lib. secund. *Tit. X. Leg. 56.* Lib. tert. *Tit. IV. leg. 42.* lib. quar. *Tit. IX. leg. 78.* Libr. quint. *Tit. 5. leg. 43.* Lib. sext. *Tit. III. leg. 31.* Libr. sept. *Tit. VIII. leg. 40.* Libr. octav. *Tit. VI. leg. 47.* Lib. non. *Tit. IV. leges 31.* Lib. dec. *Tit. IV. leg. 35.* In lib. undec. *Tit. V. leg. 25.* Lib. duodec. *Tit. VI. leg. 25.* In lib. decimotert. *Tit. VI. leg. 37.* Lib. decimoqu. *Tit. VI. leg. 24.* Lib. decimi quint. *Tit. IV. LL. 19.* Lib. 16. *Tit. III. Ll. 28.* lib. 17. *Tit. II. Ll. 41.* Lib. 18. *Tit. VI. Ll. 41.* Lib. 19. *Tit. V. Ll. 29.* Lib. 20. *Tit. 5. Ll. 22.* Lib. 21. *Tit. II. Ll. 33.* Lib. 22. *Tit. V. Ll. 29.* Lib. 23. *Tit. V. Ll. 48.* Lib. 24. *Tit. II. Ll. 36.* Lib. 25. *Tit. VI. Ll. 22.* L. 26. *Tit. VII. Ll. 42.* L. 27. *Tit. VII. Ll. 33.* lib. 28. *Tit. VII. Ll. 44.* Lib. 29. *Tit. V. Ll. 50.* Lib. 30. *Tit. III. Ll. 18.* In lib. 31. *Tit. III. Ll. 19.* Lib. 32. *Tit. III. Ll. 25.* Lib. 33. *Tit. IX. Ll. 38.* Lib. 34. *T. VIII. Ll. 39.* Lib. 35. *Tit. III. Ll. 39.* Lib. 36. *Tit. IV. Ll. 24.* Lib. 37. *Tit. XIII. Ll. 25.* Lib. 38. *Tit. VII. Ll. 30.* Lib. 39. *Tit. VI. Ll. 43.* Lib. 40. *Tit. X. Ll. 62.* Lib. 41. *Tit. X. Ll. 40.* Lib. 42. *Tit. VIII. Ll. 46.* Lib. 43. *Tit. XIV. Ll. 25.* Lib. 44. *Tit. VI. Ll. 40.* Lib. 45. *Tit. III. Ll. 48.* Lib. 46. *Tit. XII. Ll. 68.* Lib. 47. *Tit. XII. Ll. 63.* Lib. 48. *Tit. XII. Ll. 51.* Lib. 49. *Tit. IX. Ll. 24.* & lib. 50. *Tit. II. Ll. 150.*

Ita ut in Pandectarum 261 Titulis, Leges, quæ ex Pauli nostri libris excerptæ, sint 2100: Quæ summa quartam partem omnium LL. quæ in Digestis continentur, excedit. Quanta auctoritatis hujus Jurisconfulti scripta à Compositoribus nostræ Jurisprudentiæ habitæ fuerint, inde manifestum est. *Lex 40. ad L. Aquil. est ex lib. 3. ad Edictum*, ex quo, ut inscriptiones doceant, desumptæ quoque fuerunt. *l. 9. de Jurisd. l. 2. quod quisq. jur. l. 2. §. 7. §. 9. de edend. l. 2. 4. 6. 11. 13. 15. 17. 19. 21. 23. 25. §. 27. de pact. l. 4. de noxal. act. l. 14. de jur. l. 7. de naut. for. l. 22. de admistr. §. pericul. tutor. l. 38. de O & A. l. 4. de popul. action. l. 8. de V. S. ad quam legem Goedorus notat, in lib. III. ad Edictum Paulum potissimum differuisse de edendo. Inde non improbabili conjectura asserendum, ob eandem rationem etiam *casum leg. 40. ad L. Aquilianam* à Paulo ibidem fuisse decisum.*

POSITIO XIV.

Et interna,
in his
3. diversis
lectionibus.

In Internis noto diversam lectionem. Gothofrediana Editio legit. (1) In lege aquilia. Contius AN Lege aquilia. (2) qui testes possunt non esse eo tempore quo conditio exitit. In Haloandrina editione *testes* deest, quæ causa forsan est, quod Gothofr. virgulis hoc vocabulum inclusit. Editio Corporis Glossati impressa Venetiis Anno MD LXXIII, qui testes esse non possunt in tempore, quo conditio existat. Alia Editio Corpor. Gloss. impr. Lugduni M D C III. pro conditio exitit legit *extiterit* (3) & si summam re exposita. Haloand. legit, ommissa conditione SI, alia addunt & SIC, si (4) debeam vincere, & ita quoque legunt Pand. Florentina. Editio Venetiana habet *debebo* quidem vincere. Cætera lectio hujus legis in omnibus, quas videre contigit, editionibus concordare videtur.

POSITIO XV.

4. Vocabu-
lor. obscuri-
or. declaratio.
sio.
3. Lex.

Sequitur verborum obscurorum declaratio. Occurrit (1) In lege Aquilia. Vocabulum legis est homonymum, & generaliter quodcumque jus præscriptum tam naturale. *l. 1 §. 2. ff. de LL. l. 7. ff. de bon. damn. l. 24. ff. de Stat. hom. §. 1. Inst. de obl. quæ ex del. nasc. quam civile, sive scriptum sit, sive non scriptum*

prum. *fac. l. 6. §. 1. ff. de 7. & 7. princ. Inst. de nupt. l. 32. §. 1. ff. de LL. significat. Specialiter accipitur vel strictissime pro jure à toto populo Romano lato. l. 7. ff. de iust. & iur. vel strictè pro jure scripto tantum. §. 9. Inst. de 7. N. G. & C. l. 9. ff. de 7. & 7. l. 3. §. 1. ff. de donat. int. vir. & ux. & comprehendit, tam Constitutiones Princium. §. pen. Inst. quib. non est permiss. fac. testam. junct. l. 8. C. eod. §. 3. Inst. locat. junct. l. 1. C. de 7. E. fac. l. ult. C. de LL. quam Senatusconsulta, e. g. Macedonianum. l. 9. §. 4. ff. ad St. Maced. Turpilianum l. 9. pr. ff. ad Senat. Turpill. & plebiscita, e. g. Lex Falcidia, Oppia, Manilia; Ita quoque Aquilia §. 1. & 15. Inst. ad L. Aquil. Nov. 18. c. 8. De impropria & analogica vocis Legis acceptione vid. *Rebhan. in Hodeg. chart. 2. clim. 1. §. 25. in eod. Aquilia* dicta ab *Aquilio tribuno plebis*, quis autem ille fuerit, quove tempore vixerit, ignoratur, neq; de ejus rogatione ullum certum autorem habemus. Sunt quidem qui arbitrantur, *C. Aquilium Gallum* fuisse, cujus sunt illa de dolo malo, de posthumorum institutione, de stipulatione; sed illæ videntur esse Jurisconsultorum formulæ; hoc autem est plebiscitum. *Add. Anton. August. Tract. de LL. & Senatus. voce Aquilia.* Cæterum subintelligitur actio: uti Gloss. & Odofred. hic notant, sicuti Rubricæ illæ imperfectæ *Depositæ, Mandatæ, Pro socio* accipiendæ.*

POSITIO XVI.

Si deletum chirographum mihi esse dicam. De ver- ^{III. Deleto,}
bo delere & nomine *Chirographum* in explicatione definitionis ^{17. Chiro-}
positione *II & III.* quæ notatu digna observavi. Et cum lex de de- ^{graphis.}
letionem loquatur, perinde est, sive totum instrumentum, sive in
parte substantiali illud deletum. *arg. cap. 3. X. de fid. instr.* Idem
jus quoque obtinet, si chirographum fuerit cancellatum, igne
consumptum, vel quovis alio modo ita corruptum, ut amplius
valere non possit. *arg. l. 32. princ. ff. ad L. Aquil.* Nam in ter-
tio legis aquiliæ capite in omnibus rebus, quæ anima carent,
damnum per injuriam datum vindicatur. §. 13. *Inst. & l. 27. §. 5.*
ff. ad l. Aquil. Quia autem per deletionem chirographi ipsum
debitum non tollitur. *Vid. l. 24. ff. de probat. l. 1. & 5. C. de fid. in-*
strum.

88p

strum. inde Doctores non directam; sed utilem tantum actionem locum habere putant. *vid. Brunn. ad h.l.* Per pronomen *mibi*, intelligitur principaliter creditor, nullum tamen dubium est, quin eodem jure uti possit, qui, cessione facta legitimus chirographi possessor invenitur. *arg. l. 4. ff. l. 3. & 7. C. de hared. vel action. vendit. l. 1. C. de novat.*

POSITIO. XVII.

*VI. Conditio.
VII. Pecunia,*

In quo sub conditione mihi pecunia debita fuerit. De termino conditionis supr. in pos. IV. actum. *Pecunia à pecu dicitur vulgaris Grammaticorum traditio est.* Vel, quia pecudis primum nota signari. *Varro lib. 11. de re rustic. cap. 1. Plinius lib. 33. cap. 3.* Vel quia è pecudum corio primo fieri solita. *vid. Donatum ad illud Maronis lib. 1. Aeneid. Taurino quando possent circumdare tergo. Isidorus lib. 7. Var. epistol. 32. & lib. 16. Orig. cap. 17.* Vel quod à pecu dicitur pecunius, & à trajecto pecunius, cumque pecuniam dicimus, subintelligi rem. *Isidor. d. lib. 16. Orig. cap. 17. Scaliger ad Festum in pecunia.* Vel quod pecunia à pastoribus dicta, quod eam pro pecudibus reportarent. *add. Clariss. quondam Philologus Vossius in Tractat. de liter. permut.* Alij aliam denominationis rationem dederunt. Accipitur *latissime* pro quacunque re, sive corporali, sive incorporali, mobili & immobili, quæ in bonis sive patrimonio nostro constituta est. *l. 5. 178. 222. ff. de V. S. l. 5. §. 3. ff. de pecul. l. 64. §. ult. ff. solut. matrim. l. 50. §. 1. ff. de V. O.* Quæ acceptio imprimis frequens & pene solennis fuit *in LL. XII. Tabb. auctoribus. Latè,* pro re fungibili. *l. 30. ff. de legat. 1. l. 2. §. 3. ff. de reb. credit. l. 2. pr. & §. 1. C. de constit. pecun. Stricte,* pro ipsiis nummis signatis, h. est pecunia numerata. *princ. Inst. de sing. reb. per fideic. relicti. §. 2. Inst. de usufr. l. 3. §. 3. l. 7. §. 3. ff. ad Senat. Maced. vid. C. 7. A. ad Tit. de constit. pecun. §. 1. in addit. Rebb. in Hodeg. chart. 3. clim. 4. in exb. verif. pecuniam.* In textu vocabulum pecuniæ stricte sumi certum est, quod si vero in instrumento quodam alio sensu accipiat *vid. l. 5. C. de fid. instrum. idem statuendum esse puto. arg. l. 4. ff. de pign. junct. l. 20. C. de fid. instrum.*

POSITIO

POSITIO XIIX.

Sed interim testibus quoque id probare possim. Particula *interim* ex *inter* & obsoleto *im* pro *eum*, vel *eam* puta rem conflata. Facit huc locus Plauti, Cistellaria. VIII. Interim.

Inter rem istam agendam hoc huic respondisti, quod rogabat.

In jure nostro (1.) est *limitativa temporis* intermedii & importat *pendentiam*. Cephal. *consil.* 450. num. 27. Octavian. *Vulpell. de prepos. & adverb. signif. sub verb. interdum, vers. interim.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. d. conclus. 298.* & ultra illud tempus non protenditur. *Surd. cons.* 460. num. 64. (2.) *Medio tempore* aliquid operatur. *l. 49. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 14. ff. locat. l. 17. §. 12. ff. ad municip.* (3.) Nonnunquam exponitur per *donec*, post *gloss. in l. bona fidei. 48. in princ. ff. de A. R. D. Erasmi. Ungebaur in Exercit. Justin. 5. quest. 12.* Prior acceptio est nostri loci.

Nomen *testis* à græco *τίς*, quomodo antiqua græcorum lingua dicitur *ὁ μάρτυρ* (nempe à *τίς*, quia dicebant *μαρτυρεῖς τίς* & *ἐνδίδου*) venire dubitandum non est; quod vero *Isidorus lib. 18. cap. 15.* putat, testes dictos, quia *superstites*, quia, statuuntur ut decernant *super statu* causæ. Vel ut alii, voluerunt quasi *tuens statum* vel, *quasi tecum sto*, vel à *te sto*, quia & olim sistebant in iudicio, allusiones potius reales, quam veræ derivationes nominandæ sunt. Perinde autem est, sive testes extranei fuerint, sive illi qui contractui adhibiti, ut possent de eo testimonium dicere. Quoque de hujus adverbii vi & significationibus late egit *Rebuff. in Comment. ad l. X. detestatio. 40. §. familie appellatione, vers. quoq. pag. 222. ff. de P. S.* In nostro textu natura hujus dictionis est, non tantum, ut qualitas, quæ erat in casu præcedente, sit in hoc sequente, sed etiam quod implicet casum magis dubitabilem & ponatur inter diversa ejusdem generis. *Vid. Octav. Vulpell. de prepos. & adverb. signif. sub dicto quondam, vers. quoq. & Gloss. ad hanc leg. lit. x. verb. quoq.* id ita interpretatur. q. d. non tantum probare possum delationem, & quod ita erat scriptum; sed etiam hoc, id est principale debitum. Cæterum, quod hic de testibus dicitur, idem jus, si aliis argumentis creditor debitum probare potest, obtinere potest. *arg. l. 5. §. l. ult. C. de fide instrum.*

IX. Testes.

Quoque.

POSITIO.

pep

POSITIO XIX.

Qui testes possunt non esse eo tempore, quo conditio extitit. Verba videntur esse clara, quæ tamen præcipuam textus hujus partem continent. *Goib. in not. lit. b.* usum productionis testium ad perpetuam, ut *prædici appellant*, memoriam observans, docet, contra regulam fieri, ut lite non contestata procedatur ad testium receptionem, quia actoris vel rei interest, ne sibi suisque successoribus rerum gestarum memoria pereat vel probationis facultas; addit, quibus ex causis actor, à quo & qua forma id impetrare debeat. Reus vero etsi uti possit remedio *l. 5. C. de ing. man.* eodem modo & iisdem pene de causis testes suos ante litem contestatam producere ac petere potest, ut interrogentur, idque tuendæ in futurum exceptionis suæ causa: idque exemplis probat, *ex cap. signifi. cavir. 41. x. de test. l. 2. C. de naufr. lib. II. Tit. 5.* Præterea notat differentiam duarum interrogationum ab interpretibus notatam, *ex cap. quomam frequenter. 5. x. ut lite non contest. 5. d. cap. 41. x. de test.* quod in hoc capite omnes: in illo valetudinarii, & mox absfuturi tantum interrogentur. Quod ex hoc capite deponunt, perpetuo, & propterea id obsignatum penes iudices maneat: qui ex illo, intra annum tantum probant. Illud videtur notandum, quod in his verbis duo casus contineantur. *Alter*, si tempore existentis conditionis creditor agit *L. Aquilia*, & tunc si testes supersunt, vincet, nec differtur exactio. *l. si servus. 14. pr. ff. de cond. furt. l. locum 3. §. 14. ff. de tabul. exhib.* *Alter*, quando pendente conditione agere vult, & tunc debet actor reum convenire & probare deletionem, & debitum atque expectare conditionis existentiam. *Utrum autem existente conditione iterum agere debeat Aquilia? querit hic Gloss.* & reprobata illorum opinione, qui affirmarunt, licet alias probationes habeat, minus tamen consequi agendo, quia minus damnum est; quam si nullas alias haberet. negat hoc valere, quia exactio differri non possit. Officium autem iudicis in hoc casu est, quod interlocutorium ferre debeat, pronuntiando testes valetudinarios vel absentes futuros, & ideo ad eorum

eorum examinationem posse procedi. Depositione autem facta in favorem actoris, reum in actione L. Aquiliae condemnare potest. Quamvis in examinatione ad perpetuam rei memoriam cognitio causae & publicatio testium differatur. Addit *Bart. ad hanc leg. tertium casum*, quem lectionem appellat. Quidam erat debitor sub conditione pendente, quidam delevit instrumentum, creditor hoc in iudicium deduxit, & cum veri simile non fuerit, testes vivos futuros tempore probationis fienda, fecit testes examinari, & lata est sententia super debito principali conditionis futura. *Respondet autem*, duas hic esse proprietates: quia hic supponit exactionem omnino differre à prima: quia ibi dicitur, quod fecit ferri sententiam. Illud videtur dubio carere, si sententia absolutoria fuerit lata, conditione existente L. Aquiliae actionem nullatenus competere.

POSITIO XX.

Et si summam re exposita, ad suspicionem iudicem adducam: debeam vincere) Occurrit in hoc versiculo adverbium *summam*. Hoc est à *summa*, quod nomen *Scaligero de Plant.* est concisum, quod integra voce fuit *supremum*. At *summam* rei cum dicimus, *Bechmann. de Orig. Lingu. Latina* aliud est, & à *sumendo* sumptum, inde *summam* idem significat, quod *breviter & omnibus quasi simul sumptis ac comprehensis*. In iure saepius occurrit, ut in *l. 15. §. si rerum. 4. ff. de re jud. l. 1. in fin. ff. de prator. stipulat. l. 3. §. sciendum. ff. ad exhib. l. 3. §. 1. ff. ut in poss. leg. l. 7. vers. plane. ff. de petit. hered.* Idem fere est quod *de plano*, & olim opponebatur cognitioni causae pro tribunali, inde de plano cognoscere est ex aequo & plano loco cognoscere *vide l. 2. §. in bon. poss. ff. quis ordo in poss. serv. l. 1. ff. de constit. pen. l. 9. §. de plano. ff. de offic. procons.* Hoc in textu idem est, quod *de simplici & plano*, levato quasi velo, absque strepitu & solenni figura iudicii, solam facti veritatem, observatis tamen juris gentium processus requisitis, proponere. *Vid. And. Guil. lib. 1. obs. 78. n. 4. Umm. de proc. jud. disp. 1. th. 3. n. 7. Bened. Carpzov. de Process. Jur. Tit. 1. art. 1. §. 3.* Succedit *RES*; Hoc vocabulum, ut est artis juris, plures etiam *XII. Res.*

D

signi-

049

significationes habet, solumque & in specie significat, quod non est, nec persona, nec actio. §. *fin. Inst. de J. N. G. & C. l. i. ff. de stat. hom.* Atque hoc in significato dupliciter accipitur (1) *specialiter*, quatenus res factio opponuntur, applicatione ad speciem facta *vid. l. i. §. i. ff. de reb. credit. l. 5. 6. 23. ff. de V. S. vel generaliter*, ut etiam facta comprehendat, & ex re, idem significat quod ex facto. *pr. Inst. de obligat. qua ex delict. nasc. arg. l. 5. ff. de praescript. verb. l. 52. ff. de cond. ind.* In hac lege ita accipitur. Sequitur, *suspicio*. Hoc nomen, ut & *suspicio*, *Positio à sub & specio* esse verifimile videtur; & nonnunquam pro *suspicio*, dicitur *suspectio*, uti habet *Terentius Andr. III. II.* Sumitur vel in *malam* vel in *bonam partem*. Quando in *malam*, significat illum actum, per quem in dubitationem trahimur, timentes de aliquo, ne laesionem aliquam adferat; privatim aut publicè. E. g. quando de debitore dicitur fugæ *suspicio*. *l. ait. Prator. §. si debitorem. ff. que in fraud. credit. l. fin. C. de feriis.* Quando contra judicem *suspicionis* exceptio objicitur. *l. apertissimi. 16. §. l. ult. C. de jud. Novell. 86.* ita quando tutor ob *suspicionem* malæ administratæ tutela removetur. *tot. tit. ff. & C. de suspect. tut.* In *bonam partem* nunquam accipitur, uti in nostra lege, in qua idem videtur significare, quod *fidem facere*. *Judex à jure dicendo* dictus, proprietate vocis muneris sui admonetur, in Republica Romana libera dicebatur civis aliquis privatus, cui Prator ex reorum consensu de lite cognoscendi, sententiamque ex formula præscripto pronuntiandi potestatem dedit. qui *pedaneus* appellatus. *vid. l. 12. ff. de judic. l. 46. l. 47. ff. eod. l. 18. ff. comm. divid. l. pen. ff. jud. sol. l. ult. ff. de Off. prator. & notionem habere dicebatur. l. 5. ff. de Re judic. l. ult. ff. de. de Off. Prator.* Nonnunquam ipse Prator, sive magistratus major qui jurisdictioni & tribunali præerat, *judex* dictus. *Rubr. C. de jurisd. omn. jud. §. ff. de reb. auctor. judic. poss. l. i. ff. de jud. l. 22. §. eo auzem. ff. solut. matrim.* Jure Justiniano est, qui jurisdictione propria, aut sibi delegata aut commissa jus habet cautias litigiorum cognoscendi & judicandi. *l. 20. ff. judic. solut. Improperie arbitrium quoque compromissarium denorat, arg. l. i. §. pen. ff. de arbit. l. 13. §. 14. C. de judic.* Officium autem ejus tam in *jure* tam

XIII Suspi-
cio.

XIV Judex.

tam in facto, consistit, & quidem in hoc tria animadvertere debet, uti notat *Vultej. in Comm. ad Inst. lib. IV. tit. 17. n. 17.* (1) An narrata facti vera sint vel falsa. 2. quod sit facti meritum. (3) quomodo pronuncian- dum sit. Quæ tria circa factum requisita iudico in casu legis præsentis observanda. *Quis autem iudex fuerit in textu nostro, manifestum est, nempe illum, qui de damno dato cognovit, nec proin dubitandum, litem jam fuisse contestatam.* Cæterum quinam iudices sint in productione testium ad perpetuam rei memoriam docuit *Bart. in l. cum hi. 8. §. 19. ff. de transact.* nempe illi, coram quibus verteretur causa principalis arg. l. 2. C. de usur. pupill.

POSITIO XXI.

Sed tunc condemnationis Exactio competit, cum de-^{XV. Conde-}biti conditio extiterit. Vox *condemnatio* est composita ex cum & nomine, *damnatio*, quod, uti & verbum *damno*, est à *damnum*, cuius causam adfert *Quintilianus. declamat CXX.* ubi dixit, *damnum esse amissionem eorum; quæ habueris.* Accipitur autem vel *generaliter & vulgariter*, quo extra forum etiam hujus vocis usus est, e. g. *condemnare* aliquem negligentia, inertia, impudentia, quod idem est ac negligentia, inertia vel impudentia vitio eum obnoxium facere. Ita condemnare stultitia prudentissimos homines. Vid. *Cicero lib. 2. de Orat. & in Oratione Pro Cæcinnâ.* Huc facit formula ista legatorum, *Heres damnas esto dare §. 1. Inst. de legat. l. 4. §. ult. l. 35. §. 36. §. ult. ff. de leg. 1. l. 26. §. adeo 7. ff. de condic. indebit.* Vel *specialiter & juridice*, & quidem hoc modo vel *proprie*, & iudicis est, nihil aliud significat, quam multæ vel pœnæ per sententiam irrogationem. *Strictè* in criminalibus accipitur, quo pertinet locus *Quintiliani s. alleg. loc. Mibi ex hoc, quod plerisque criminibus, pecunia pœna imponebatur, appellatio etiam damnatio viderur.* Inde condemnationem sustinere. l. 2. C. de accus. item, ille qui condemnatus est. l. un. C. de mulier. qua se propr. serv. junx. Facit huc damnatus in crimine capitali l. 13. §. ult. qui testam. fac. poss. ex delicto militari. l. 6. §. 5. ff. de inj. rupt. & irrit. test. damnatio capitis. l. 3. C. de pend. app. ad furcam. l. 28. ff. de pœn.

• 149

per. Bona damnatorum. *tot. tit. ff. C. de bon. damn.* Late vero etiam in causis civilibus sumitur. Inde condemnari summae & pecuniae in l. 22. ff. de re iud. l. 29. §. ult. ff. de Op. libert. l. 16. in fin. ff. de in rem vers. §. ult. Inst. de offic. iud. Facit huc formula edicti Praetor. in l. 1. ff. de his qui not. infam. ibi: *Qui furri, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo, & fraude, suo nomine damnatus erit, item, qui pro socio, tutela, mandati, depositi suo nomine non contrario iudicio damnatus est.* Inde res iudicata dicitur, quae finem controversiarum pronuntiatione iudicis accipit, quod vel *condemnatione*, vel *absolutione* contingit. l. 1. ff. de Re Iud. add. l. 3. ff. cod. §. l. 37. ff. de R. 7. Improprie ad actorem refertur, & est condemnationem adversus aliquem obtinere & iudicatum debitorem facere. l. 2. ff. de adm. int. l. 6. §. mandati. ff. de his qui not. in fil. 33. ff. de Jur. dot. l. 2. ff. de adult. l. 8. C. de pignor. l. un. C. etiam ob chivogr. pecun. Fac huc quae Sueton. in Tiber. cap. 8. memoriae prodidit. Fannium Cepionem, qui cum Varrone Murena in Augustum conspiraverat reum majestatis fecit & condemnavit. *Exactio*, verbale est à verbo *exigere*, & in sensu *nativo* idem, quod expulso, *Vertreibung / Verjagung* / ut apud Cicconem *Exactio* Regum significat. In sensu *dativo*, in genere idem est quod *petitio*. In specie, verò vel tributi petitionem, uti Cicero de LL. vel nonnunquam pro aere quod exigitur, atque à Barbaris appellatur nomine *taliarum, collectarum, procurationum, praestantiarum* fac. huc. l. 1. §. *tot. tit. C. de exactor. tribut.* significat. In nostra lege videtur actione rei iudicatae indicare, cum *Gloss. notet*, hic mirabile, actionem scilicet rei iudicatae ultra quodrimestrem vel bimestre tempus extendi, contra leg. *debitoribus* 31. ff. de re iud. §. l. 2. C. de usur. rei iud. Sed non videtur mirabile, cum sententia secundum petitionem agentis, non pura, sed *conditionalis* sit. arg. l. 59. ff. de V. O. §. §. 34. Inst. de action. junct. l. 16. §. 18. comm. divid. l. ult. ff. de fideicom. libert. & iudex recte per relationem pro rei, item causae & actionis natura *condemnet*. Vid. l. 5. §. 1. l. 59. ff. de Re iud. §. l. 6. ff. de reb. credit.

XVI. Ex-actio.

POTITIO XXII.

Quod si defecerit, condemnatio nullas vires habet. Deficere

XVII. Deficere.

Deficere est verbum compositum ex præpositione *DE* & verbo *facere*. *Proprie* & in sensu *nativo* idem, quod *desse* significat. *Dativo* vero in jure nostro diversos sensus pro argumentorum varietate accipit. In *jure personarum* deficere dicuntur, non tantum *ij*, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desciscunt, & in hostium numerum se conferunt, sed & hi, quos senatus lata lege hostes judicavit, vel relegati utique, usque adeo, ut civitatem amittant. *l. 5. ff. de cap. minur.* ita quoque deficere est animam agere, expirare, mori. *l. 3. §. si ambo 14. in fin. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 17. & 20. pr. C. de testam. l. 22. vers. nec vero. C. de adm. tut.* In *jure rerum*, deficere debitores dicuntur, qui labuntur facultatibus & efficiuntur non solvendo. *l. 3. §. multa ff. de p. F. l. 33. ff. de jur. dot.* ita si fidejussores ad inopiam vergunt. *l. 73. ff. de cond. & dem.* sic defecta nomina *l. 11. in fin. ff. de usur. in materia testamentorum* deficere hi dicuntur, qui hereditatem omittunt, vel ante agnitam aditamque eam decedunt *l. 5. ff. de vulg. & pupill. subst. l. 78. ff. ad L. Falcid.* & defici quem conditione dicimus, cum conditio pendet ex facto duorum, & casu non facto unius; deficiat *l. 8. 31. 74. ff. de condit. & dem. l. 12. ff. ut legat. nom.* In materia *contractuum* conditio deficiens dicitur, quæ non existit, *l. 68. §. 2. ff. de legat. 1. l. 26. §. ult. ff. de pact. dotal. l. 4. ff. ex quibus caus. maj. l. 21. ff. de jur. dot. l. 5. ff. de suis & legit.* & hoc sensu in præsentī lege. Ita contractus, qui nullus, in sua substantia, deficere dicitur. *in l. 3. C. de contr. empt.* In *jure actionum* deficiens actio dicitur, quæ ob certam causam competere nequit. *l. 6. C. crim. expil. heredit. Vires*, & in singu- XIIII, Vires.
lari, *vis*, quæ vox *Alciatolib. viii. Parerg. jur. cap. xxviii* à *βίω* venire, placet, ut *β* convertatur in *v*. quomodo à *βίω* sive *βίωτος* est *volo*, vel uti *Clariff. Voss. & Bechm. Terentiano Mauro* adfentiunt est ab *is* *ιδēs*, converso tenui spiritu in *v*. quomodo ab *ἐμῶ* *vomo*; ab *ἐαπ*, *ἕρ* *vēr*. *Is* autem proprie est *fibra* aut *nervus*: quia robor in nervis consistit, & in malam quidem ple-
ficationem, *vis anceps vocabulum*, & in malam quidem ple-
rumque partem, pro omni facto quod nullo jure & contra libe-
ram alterius voluntatem fit, pluresq; in jure nostro species ha-
bet, nonnunquam etiam in bonam partem accipitur. Ut,

quam magistratus recte infert, scilicet jure licito & jure honoris, quem sustinet. *l. 3, § l. 12. ff. quod met. caus.* Dicitur vel *divina*, sive *major*, quæ, nempe fato accidit super omnem hominum custodiam, *l. 15, § 25. § 6. ff. locat. l. 24. § 4. ff. de damn. inf. vel humana*, & aliquando accipitur pro virtute quadam efficaci, h. e. quæ potens est producere effectum. *Vid. l. 17. ff. de LL.* Interdum pro jure, ut *Alciat.* putat in definitione tutelæ, vis ac potestas in capite libero; cujus ratio est, quoniam jura gentium ex viribus jura metiebantur. Sæpius pro effectu *temporali*, ut in *l. 1. § 1. ff. de stat. lib.* tum vero e. g. qui hominem stipulatus est, promissor eum dando, qui tunc illi servierat, liberatur *vi ipsa. l. 72. § 4. ff. de solut.* Et hoc sensu vires in nostro textu accipitur.

POSITIO XXIII.

Dono casum.

Nunc ad *realia* progrediendum. *Casum Glossa* ita formavit. Titius debebat mihi centum, sub conditione, si navis ex Asia veniret, vel ad decennium. Hoc debitum probare poteram per instrumentum. Venit Sejus & defevit instrumentum, ita quod non potest legi, quaritur, an statim possum convenire Sejum lege Aquilia tantam pecuniam, quantam per instrumentum probare poterat. Et dicit, quod si possum probare tria, duo scilicet plene, unum semi plene, potero agere & vincere; sed exactio seu executio sententiæ differtur. Nam aut existet conditio primæ obligationis: & fiet executio; aut non existet conditio: & tunc non fiet executio. Tria prædicta sunt (1.) ob delerionem talis instrumenti in quo sic contineretur. (2.) ob contractum primum qualiter fuit factus. (3.) quod testes instrumenti per quos nunc possum probare contractum, timentur non superesse tempore, quo sperant existere conditio, ut quia senex, vel regressuri vel morituri, sed hoc tertium probabit semiplene.

POSITIO XXIV.

Modo dubitandi rationes.

Casus hujus legis difficilis ac singularis rationes dubitandi ex ipso textu observavi sequentes. *Prima quod sub conditione*

divione mihi debita sit pecunia, ante existentiam vero conditionis dies nec cessit, nec venit. l. 213. ff. de V.S. inde nec creditor agere potest, nec reus litem contestari cogitur: ante eam autem testes non sunt recipiendi. l. 1. in fin. ff. quando dies usufr. legat. cedat? l. pecuniam ff. de Reb. Credit. Secunda ex verbis id probare possim quod creditor agens nullum damnum sit passus, cui salvo contractu contra debitorem super sit obligatio & actio, maxime cum secundum. Nov. 90. cap. 9. & auth. sed si quis constitutum inveniatur, quod damnum ab aliquo patiens, testes apud iudicem producere & eorum testimonia publicare possit petere: Cessat autem actio legis Aquiliae, cessante damno. l. sed & si 12. & L. si serv. 27. §. si olivam 25. ff. ad L. aquil. fac. l. 10. §. 3. ff. de edendo. Quod si autem hoc remedium actor omittat, videtur damnum sua culpa sentire. vid. l. 203. ff. & l. 86. de R. 7. in sexto. Tertia ex verbis de leterum chirographum. Quod de leterio non sit modus tollendi obligationem, cum creditori non obsit amissio instrumentorum, si modo manifestis probationibus eum debitorem esse apparuerit: Inde iniquum sit, instrumentis vi ignis consumptis debitorem quantitatum debitarum renuere solutionem. l. 1 & 5. ff. de fide instrument. Quarta ex verbis cum debiti conditio exiterit, quod sententia non ferenda de futuris. l. non quemadmodum 35. ff. de judic. Imo, contra, quod etiam conditione non existente, damnum aestimetur. l. 3. §. 11 & 14. ff. de tabb. exhib. Item, quod de re futura actio L. aquiliae locum habeat. l. 27. §. 25. ff. ad L. aquil. Quinta, ex verbis, qui testes non possunt esse eo tempore: quod mors, absentia & alii casus sint accidentales, casus autem fortuitos considerare leges prohibeant. l. Julianus 6. ff. qui & a quib. l. si quis ab alio 13. ff. de re judic. fac. l. 83. §. 5. ff. de V. O. Sexta ex verbis in L. Aquilia quod actio ex hac lege conferatur cum actione furti l. illud questum 32. ff. ad L. Aquil. In furto autem constitutum, si ea, quae de statu suo litigat, & in servitutum petitur, instrumenta subtrahat dicat, libertatis probatio non requiratur, sed instrumentorum furtum monstrare sufficiat. l. 20. C. de probat. Ex eadem ratione dicendum, in nostro casu non debiti,

biti, sed tantum deletionis probationem requiri. Item, si servus furivus sub conditione legatus, pendente ea, quod habes conditionem habeat. *l. 14. pr. ff. de Cond. furtiv.* Ergo, si chirographum debiti sub conditione deletum, pendente ea creditor actionem habebit. Si mihi subtrahitur instrumentum crediti & habeo probationes, per quas possum probare creditum, non duplicetur, nisi affirmatio tabularum *l. qui tabulas. 27. §. 1. & 2. ff. de furt.* Ergo idem in actione *L. aquiliae* observandum.

POSITIO XXV.

Obfero
Rationes de-
cidendi.

Rationes decidendi, quæ pro decisione quæstionis nostræ in ipso textu continentur, validiores nobis apparent. Quarum *Prima* est, ex verbis *deletum chirographum*, quod malefictum tale impunitum esse non oporteat, per *l. 51. in fin. ff. ad L. aquil. l. 14. C. de pœn.* maneret autem, si actori, non eo, quo in hac lege sancitum est, modo, procedere liceret: *Secundo* ex verbis, *in quo sub conditione mihi pecunia debita fuerit*. quod creditor conditionalis pendente quoque conditione jus aliud prosequendi debitum habeat, potentia enim jam creditor est & cum conditio postea extiterit, perinde habetur, ac si illo tempore, quo chirographum datum, absq; conditione debitum, constitutum. *Vid. l. 11. §. 1. ff. qui potior. in pign. l. 16. §. 4. ff. qui & à quib. man. lib. non fiant. l. 1. §. 1. ff. de stat. lib. fac. arg. l. 35. ff. de jud. & l. 57. ff. de V. O.* *Tertia* ex verbis, *mihî pecunia debita fuerat*; quod creditori damnum patrimonio suo sit illatum, naturalis autem & civilis ratio exigat, ut damnum illud restituatur, quod non fieret, nisi creditori in casu nostro licitum esset cautela in producendis testibus uti. Facit huc *auth. sed & si quis ab aliquo C. de test.* *Quarta ratio* ex verbis *testibus quoque id probare possim*. Quod omni jure sit magnus probationis favor, & cum nulla gens tam barbara sit, si modo rationis sit compos, quæ non videat iudici pronuntiandum non esse, nisi res antea probate fuerint. *C. p. A. ad rit. de probat. §. 4.* Cum igitur à jure civili id receptum, merito cautio constituta, qua adhibita, probatio alias peritura in quemcumque casum

casum futurum salva manet. Probationum enim facultas non debet angustari sed ampliari. *l. quoniam 21. in fin. C. de heret. l. 12. C. de reb. cred. l. 7. ff. de inc. ruin. nanf.* Quintam rationem decidendi suppeditat ad suspicionem iudicem adduxerit. Quod sicuti iudex probare jubet id, de quo dubitat, eique fides facienda, non parti vel adversario, *l. 12. in fin. ibig. gl. notab. ff. de probat. l. 1. C. de cond. ob turp. caus. l. 1. C. de reb. alien. non alien.* Neque cognitio illius ad unam probationis speciem alligari debet, sed ex sententia animi iudicem æstimare oportet *l. 3. §. 2. l. 21. §. ult. ff. de test. l. 79. §. 1. ff. de jud.* ita quoque arbitrio ejus relinquendum, quo tempore probatio faciendâ, quæ naturæ negotij conveniat, quia ex hujus & personarum qualitate æstimabit, num tali casu testes admittendi sintan minus. *Vid. Myns. cent. iv. observ. 72. num. 5.* Sextam verba ultima ostendunt; quod si defecerit, condemnatio nullas vires habebit: nempe hanc, quod hæc præpostera testium productio, debitori conditionali, non sit præjudicialis, in eventum autem futurum creditori utilis. Merito igitur regula juris locum habere debet. *Prodesse sibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur. l. 1. §. 11. ff. de aq. & aq. pluv. arc. actio.*

POSITIO XXVI.

Ad rationes dubitandi supra allegatas facile Doctores *Adde ratio- respondēt.* Ad primam. Quod creditor quidem pendente conditione contra debitorem agere non possit, quia tantum spes est debitum iri; sed contra delentem, quod ejus delerio præfens erat, ex qua damnum præfens, præfens causa, præfens actio, & præfens sententia, veruntamen quia damnum datum pendebat ex eventu conditionis, condemnatur in lege Aquilia, si probabo debitum & deletionem instrumenti. Unde quod existens conditio declarat damnum datum, vel non differret actio in tempus existentis conditionis. *Ad secundam;* Nonnulli DD. putant, decisionem casus nostri tunc demum locum habere, cum creditor adversus verum debitorem non habuerit vel copiam iudicis, vel debitor

E tor

tor resistebat, sed Alii id rejiciunt, dicentes, hoc esse potius
divinare quam solvere. Rectius autem illi respondent, acto-
rem quidem potuisse contra debitorem principalem agere, sed
id non habuisse necesse, quia dispositio legis nostræ in favo-
rem actoris sit introducta, cui invitus, exceptione hac à de-
linquente opposita, renunciare non cogatur. *fac. l. 27. §. 30.*
Et l. pen. ff. ad L. aquil. Nam delinquenti ex *l. 203. ff. de R. 7.*
exceptionem nullam comperere, manifestum esse, puto; quia
ille damnum deletionem datum reparare obligatus est. *Tertia* ra-
tio dubitandi distinctione inter modos tollendi obligationem
ordinarios & accidentales enervatur. Cum creditor agens
debitum suum prosequatur contra delentem, solutione facta
debitum sublatum esse docet regula juris nostri, solvere pro
ignorante & invito cuique licet, ejusque ratio, qua etiam
ignorantis invitique conditionem meliorem facere permissum.
l. 23. 40 Et 43. ff. de solut. Et quod de instrumentorum amif-
sione, vel per ignem consumptione dictum, verum est, si vel
casu fortuito id accidisset, vel creditor remissa actione *L. aquil.*
actionem principalem contra debitorem instituere elegisset.
Prout enim creditori expedit, vel hanc vel illam actio-
nem eligere potest. *arg. §. 5. Inst. quod cum eo qui in alien. por.*
Quarta ratio dubitandi (quoad *primum membrum*) regula qui-
dem certa nititur, sed quæ in nostro casu malè applicatur;
Verum quidem est, neminem posse agere de debito futuro,
ut futuro; vel conditionali, ut tali sed creditor in facto legis
nostræ rectè agit de futuro præsentis damni gratia. *Facit. l. 5. §. 1.*
ff. si ususfr. per. l. 7 Et 12. ff. si servit. vindic. Sive dicendum,
in nostra lege esse jus de præsentis competens, exactionem au-
tem tantum de futuro. Quoad *se eundem membrum*, respon-
dent *Dd.* legem obstantem agere de dolo & contumacia, quæ
ut præsens punienda; nostram vero agere, vel tantum de dolo,
ubi damnum abest, vel culpa cum damno conjuncta. Ad
tertium vero docent, quod interdum jus alicui competat,
quod de sui natura consideratum, nihil est, tamen aliquid fieri
potest ad plus, uti casus est in lege obstante. Aliquando
vero totum jus principale omnino fit de futuro, uti hic.

Quin-

Quintam dubitandi rationem infirmat distinctio inter regulam & exceptionem, Regulariter quidem dici potest, casus fortuitos non esse considerandos, fallere tamen, aliquando odio alterius, aliquando favore personæ vel causæ. Odio alterius recipere instantiam, uti in hac lege odio illius qui delevit instrumentum, ne ejus maleficium maneat impunitum. *l. 51. in fin. ff. ad L. aquil.* Facit, quod casus considerentur, si aliquis est in culpa, uti, not. *Gloss. in l. divorzio. ff. de N. G.* Sic speciale est favore dotis vel mulieris; si maritus negotia mulieris gessit, nec exegit, quod actio de dote non devolvatur in actionem negotiorum gestorum. *In Sexta ratione dubitandi.* Quoad primum exemplum Dd. docent, diversos esse casus; in *l. 10. C. de probat.* agitur de ipso reo, in nostra lege de tertio corruptente, & ita Bart. conciliat. Quoad *secundum*, concedunt creditorem habere actionem *L. aquiliae*, sicuti dominus habet conditionem furtivam, negant autem exinde sequi, ergo quoque non habere probationem debiti. Quoad *tertium*, distinctionem & conciliationem ostendit *l. 32. ff. de furt.* Nempe si creditor alio modo probare possit, ut non patiatur damnum, e. g. si mentæ scripturam habeat, aut alio chirographo securior sit creditor, quo casu cessare legis *aquilie* actionem arbitrantur. Quod si vero quis interleverit hujusmodi instrumentum, ita, ut creditor per testes debitum probare cogatur, vel si testes, quorum probationem habuit, mortui fuerint pendente conditione, aut cum creditor petierit creditum, & quia testes & signatores, qui rem communissent, præsentem non habuerit, victus rem amiserit; nunc vero eorum memoria & præsentia ad fidem creditæ pecuniæ uti possent, quibus casibus non tantum furti sed etiam *L. aquiliae* actionem locum habere docent. Quamvis haud dubium, actionem furti cum legis *aquilie* actione non in omnibus comparari. Proinde in casu legis nostræ mirabile quid & notabile esse dici potest. Quemadmodum etiam illud in *L. aquiliae* actione singulare est, quod in eam culpa levissima veniat, item pœna infirmitatis, & quod solum indebitum ex illa causâ, non possit reperi. Quæ omnia in actione furti non obtinent.

POSITIO.

Sequuntur nunc quædam *problemata*.

1.

Problemata. An lex nostra æquitati naturali conveniat?

2.

Utrum examinatio testium ad perpetuam rei memoriam jure canonico & hodierno usitata ex nostra lege probari possit?

An creditori, si summam re exposita, judicem ad suspicionem adducere non potuit, à sententia ejus appellare liceat?

4.

An sententia, qua creditor delentem vicit, interlocutoria vel definitiva fuerit.

5.

Utrum post hanc sententiam creditor conditione existente adhuc debitorem principalem convenire possit?

6.

An creditori, cui condemnationis exactio competit, exceptio cedendæ actionis contra debitorem principalem à delente solvere parato, opponi possit?

Ex lege nostra sequentia *Axiomata dantur.*

1.

Axiomata. Ob deletum Chirographum debiti conditionalis actio L. Aquiliæ competit.

2.

Debitum tale ante existentiam conditionis, per testes, qui non possunt esse eo tempore, quo conditio extitit, creditori probare licet.

3.

In qua actione tamen judex de qualitate testium, summam eire exposita, cognoscere debet.

4.

Creditor delentem chirographum ante existentiam conditionis convenire potest.

5.

Cum debiti conditio extiterit, condemnationis exactio competit.

6.

Quod si conditio verò defecerit, condemnatio nullas vires habebit.

SOLI DEO GLORIA.

ULB Halle
003 594 807

3



Sb







928.
24

Q. D. B. V.
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE
DELETIONE
CHIROGRAPHI CON-
DITIONALIS, 1703, 1.

juncta Analyfi
Leg. In L. Aquilia. 40. Pand. ad L. Aquiliam.

Quam
SUB AUSPICIO
DIVINI NUMINIS
AUTHORITATE ET DECRETO
Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi
Jurisconsultorum

Ordinis in alma hac Argentoratensi Universitate
PRÆSIDE

DN. ULRICO MARBACHIO,

V. J. D. Codicis & Feudalium Consuetudinum
P.P. & Ord. Facultatis Juridicæ Seniore.

Pro summis in Utroq; Jure Honoribus & Privilegiis
rite consequendis

SOLENNI *Examine* *subjicit*
JOHANNES IGNATIUS KOPFFIUS
Selestadiensis Alſata.

Ad diem 10. Novembr. M. DCCIII.
Horis locoq; ſolitis.

ARGENTORATI,
Imprimebat **JOHANNES PASTORIUS.**